

tribui omnibus mutationibus quæ in ipsa fiunt, id est omnibus diversis cogitationibus quæ ipsi obveniunt, sed speciatim quia ex omnibus speciebus cogitationum quas habere potest, nullæ aliæ eam adeo agitant & quatiunt ac istæ Passiones.

4. Art. 29. *Explicatio alterius partis.* Adde eas speciatim referri ad *animã*, ad illas distinguendum ab aliis sensationibus, quarum aliæ rejiciuntur in objecta externa, ut odores, soni, colores; aliæ in nostrum corpus, ut fames, sitis, dolor. Adde quoque eas effici, nutriri, & corroborari per quendam motum spirituum, ad eas distinguendas à nostris volitionibus, quæ nominari possunt commotiones animæ quæ ad illam referuntur, sed quæ ab ipsamet efficiuntur; sicut etiam ad explicandam earum ultimam & magis propinquam causam, quæ eas rursus distinguit ab aliis sensationibus.

*Examen Logicum.*

5. Nusquam apertius Cartesius est Logicus, quàm in libello de Passionibus Animæ: sed maximè etiam Logicus est, ubi artem celat, ut in Meditationibus Metaphysicis. Confer Log. II. 14.

L 4

6. Ad